

DE MISSA ET DE PROCESSIONE

IN FESTO CORPORIS CHRISTI



ESPOSIZIONE

Pange, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguínisque pretiósi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generósi
Rex effúdit géntium

Nobis datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátus
Miro clausit órdine.

In suprémæ nocte coenæ
Recúbens cum frátribus
Observáta lege plene
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem éfficit:
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum
Sola fides súfficit.

SANCTA MISSA CORAM SANCTISSIMO

Introitus

Kyrie VIII

Gloria VIII

Graduale/Alleluia

Sequenza

Lauda, Sion Salvatórem,
lauda ducem et pastórem
in hymnis et cánticis.

Sub divérsis speciébus,
signis tantum, et non rebus,
latent res exímia.

Quantum potes, tantum aude:
quia maior omni laude,
nec laudáre súfficis.

Caro cibus, sanguis potus:
manet tamen Christus totus,
sub utráque spécie.

Laudis thema speciális,
panis vivus et vitális
hódie propónitur.

A suménte non concísus,
non confráctus, non divísus:
ínteger accípitur.

Quem in sacræ mensa cenæ,
turbæ fratrum duodénæ
datum non ambígitur.

Sumit unus, sumunt mille:
quantum isti, tantum ille:
nec sumptus consúmitur.

Sit laus plena, sit sonóra,
sit iucúnda, sit decóra
mentis iubilátio.

Sumunt boni, sumunt mali:
sorte tamen inæquáli,
vitæ vel intéritus.

Dies enim solémnis ágitur,
in qua mensæ prima recólitur
huius institútio.

Mors est malis, vita bonis:
vide paris sumptiónis
quam sit dispar éxitus.

In hac mensa novi Regis,
novum Pascha novæ legis
Phase vetus términat.

Fracto demum sacraménto,
ne vacílles, sed memento,
tantum esse sub fragménto,
quantum toto tégitur.

Vetustátem nóvitas,
umbram fugat véritas,
noctem lux elíminat.

Nulla rei fit scissúra:
signi tantum fit fractúra:
qua nec status nec statúra
signáti minúitur.

Quod in cena Christus gessit,
faciendum hoc expressit
in sui memóriam.

Docti sacris institútis,
panem, vinum, in salútis
consecrámus hóstiam.

Dogma datur Christiánis,
quod in carnem transit panis,
et vinum in sánguinem.

Quod non capis, quod non vides,
animósa firmat fides,
præter rerum órđinem.

Credo III **Offertorium**

Rit. **Christus vincit, Christus regnat,
Christus Christus imperat.**

Laudate Dominum omnes gentes,
laudate eum omnes populi. (*Rit.*)

Quoniam confirmata est super nos
misericordia eius, et veritas Domini
manet in aeternum. (*Rit.*)

Sanctus VIII **Dopo la consacrazione (Tantum ergo Perosi)**

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet fides supplementum
Sensuum defectui.

Ecce panis Angelórum,
factus cibus viatórum:
vere panis filiórum,
non mittendus cánibus.

In figúris præsignátur,
cum Isaac immolátur:
agnus paschæ deputátur:
datur manna pátribus.

Bone Pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere:
tu nos pasce, nos tuere:
tu nos bona fac videre
in terra vivéntium.

Tu, qui cuncta scis et vales:
qui nos pascis hic mortales:
tuos ibi commensáles,
coherédes et sodales
fac sanctórum cívium.
Amen. Allelúia.

Gloria Patri et Filio,
et Spiritui Sancto. (*Rit.*)

Sicut erat in principio et nunc et semper,
et in saecula saeculórum. Amen. (*Rit.*)

Genitori, Genitoque
Laus et iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

Agnus Dei VIII

Comunione

Ave Verum Corpus natum de Maria Virgine
Vere passum, immolatum in cruce pro homine,
Cujus latus perforatum fluxit aqua et sanguine,
Esto nobis praegustatum mortis in examine.
O Jesu dulcis, O Jesu pie, O Jesu, fili Mariae.

Communio

All'ultimo Vangelo

Salve Regina, Mater misericordiae:
Vita, dulcedo, et spes nostra, salve.
Ad te clamamus, exsules filii Hevae:
Ad te suspiramus, gementes et flentes in hac lacrymarum valle.
Eia ergo, advocata nostra,
Illos tuos, misericordes oculos ad nos converte.
Et Iesum, benedictum fructum ventris tui,
nobis, post hoc exsiliium, ostende.
O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

DE PROCESSIONE IN FESTO CORPORIS CHRISTI

(Rituale Basileense, Romanum accomodatum, Bruntruti Anno Domini MDCCXXXIX)

1° Altare

O salutaris hostia,
Quæ cæli pandis ostium,
Bella premunt hostilia;
Da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria.
Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. **Et cum Spiritu tuo.**

V. Initium Sancti Evangelii secundum Matthaeum.

R. **Gloria tibi Domine.**

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Phares, et Zaram de Thamar. Phares autem genuit Ebron. Ebron autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Josophat. Josophat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit

Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam, et fratres ejus in transmigracione Babylonis. Et post transmigracionem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. **Ex hoc nunc et usque in saeculum.**

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. **Qui fecit caelum et terram.**

V. Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super nos, et fructus terrae, et maneat semper.

R. **Amen.**

2º Altare

O Via, Vita, Veritas, o Jesu!

Lucens per omnes semitas, o Jesu!

Te sequemur, trahe nos

Credulos ac servulos. *Rit.*

In verbo tuo stabimus, o Jesu!

Crucis pugnam pugnabimus, o Jesu!

Dediti Ecclesiae

Veritatis regiae. *Rit.*

Rit. Te collaudamus!

In Te speramus!

Amamus Te, Dulcissime, o Jesu!

V. Dominus vobiscum.

R. **Et cum Spiritu tuo.**

V. Initium Sancti Evangelii secundum Marcum.

R. **Gloria tibi Domine.**

Initium Evangelii Jesu Christi, Filii Dei. Sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Fuit Joannes in deserto baptizans, et prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, et Jerosolymitæ universi, et baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata sua. Et erat Joannes vestitus pilis cameli, et zona pellicea circa lumbos ejus, et locustas et mel silvestre edebat. Et prædicabat dicens: Venit fortior me post me, cujus non sum dignus procumbens solvere corrigiam calceamentorum ejus. Ego baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. **Ex hoc nunc et usque in saeculum.**

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. **Qui fecit caelum et terram.**

V. Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super nos,
et fructus terrae, et maneat semper.

R. **Amen.**

3° Altare

Ecce panis Angelorum,
factus cibus viatorum:
vere panis filiorum,
non mittendus canibus.

Bone Pastor, panis vere,
Iesu, nostri miserere:
tu nos pasce, nos tuere:
tu nos bona fac videre
in terra viventium.

In figuris praesignatur,
cum Isaac immolatur:
agnus paschae deputatur:
datur manna patribus.

Tu, qui cuncta scis et vales:
qui nos pascis hic mortales:
tuos ibi commensales,
coheredes et sodales
fac sanctorum civium.
Amen. Alleluia.

V. Dominus vobiscum.

R. **Et cum Spiritu tuo.**

V. Initium Sancti Evangelii secundum Lucam.

R. **Gloria tibi Domine.**

Fuit in diebus Herodis, regis Judaeae, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, et uxor illius de filiabus Aaron, et nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et justificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, et ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini: et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est videns, et timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas, Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua : et uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, et vocabis nomen ejus Joannem: et erit gaudium tibi, et exultatio, et multi in nativitate ejus gaudebunt: erit enim magnus coram Domino : et vinum et siceram non bibet, et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero matris suae: et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum: et ipse praecedet ante illum in spiritu et virtute Eliae : ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. **Ex hoc nunc et usque in saeculum.**

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. **Qui fecit caelum et terram.**

V. Benedictio Dei Patris et Fil+ii et Spiritus Sancti descendat super nos,
et fructus terrae, et maneat semper.

R. **Amen.**

4° Altare

Sacro Cuor d'amor ferito,
d'amor santo i cuori accendi,
e partecipi li rendi
della manna tua vital.
O d'amore inclita fonte,
D'acqua limpida sorgente,
carità mai sempre ardente,
espiatrice d'ogni mal. *Rit.*

*Rit. Dolce Cuor del mio Gesù
Fa ch'io t'ami. Fa ch'io t'ami.
Dolce Cuor del mio Gesù
Fa ch'io t'ami sempre più.*

Fu l'amore che ci aperse
questo varco misterioso
al Tesor che vi era ascoso,
il Santissimo tuo Cor.
E l'amor che ci dischiuse
per ben nostro sì gran porta,
ad entrarvi ognor ci esorta
per non viver che d'amor. *Rit.*

Lava Tu le nostre piaghe
col Tuo Sanguie onnipotente
chi invòcati gemente
abbia in don un nuovo cor.
Deh! sia tuo, Gesù Dolcissimo
il cor nostro già sì ingrato:
e in l'aperto tuo costato,
Col tuo Cor riposi ognor. *Rit.*

Jesus, dulcis memoria,
dans vera cordis gaudia,
sed super mel et omnia,
eius dulcis praesentia.

Nihil canitur suavius,
nihil auditur jucundius,
nihil cogitatur dulcius,
quam Jesus Dei Filius,

Jesu, spes paenitentibus,
quam pius es petentibus,
quam bonus te quaerentibus,
sed quid inveniantibus?

Nec lingua valet dicere,
nec littera exprimere,
expertus potest credere
quid sit Jesum diligere.

Sis, Jesu, nostrum gaudium
qui es futurus praemium,
sit nostra in Te gloria
per cuncta semper saecula.
Amen.

V. Dominus vobiscum.

R. **Et cum Spiritu tuo.**

V. Initium Sancti Evangelii secundum Joannem.

R. **Gloria tibi Domine.**

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, et vita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST, et habitavit in nobis: et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ et veritatis.

V. Sit nomen Domini benedictum.

R. **Ex hoc nunc et usque in saeculum.**

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

R. **Qui fecit caelum et terram.**

V. Benedictio Dei Patris et Filii et Spiritus Sancti descendat super nos, et fructus terrae, et maneat semper.

R. **Amen.**

Altare maggiore (5° Altare)

Adóro te devóte, látens Déitas,
Quæ sub his figúris, vere látitas:
Tibi se cor meum totum súbjicit,
Quia, te contéplans, totum déficit.

Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum támen meum te confíteor.
Fac me tibi sémpet mágis crédere,
In te spem habére, te dilígere.

Visus, tactus, gustus, in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur:
Credo quidquid díxit Dei Fílius;
Nil hoc verbo veritátis vérius.

O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus, vitam præstans hómíni,
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.

In cruce latébat sola Déitas,
At hic látet simul et humánitas:
Ambo támen crédens átque cónfitens,
Peto quod petívit latro pœnitens.

Pie pellicáne, Jesu Dómine,
Me immúndum munda tuo sángine,
Cujus una stilla salvum fácere,
Totum mundum quit ab ómni scélere.

Jesu, quem velátum nunc aspício,
Oro fiat illud, quod tam sítio:
Ut, te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ.
Amen.

Inni e canti sciogliamo fedeli,
al Divino eucaristico Re.
Egli ascoso nei mistici veli
cibo all'alma fedele si diè. *Rit.*

O Signor che dall'Ostia radiosa
sol di pace ne parli e d'amor.
in Te l'alma smarrita riposa,
in Te spera chi lotta e chi muor. *Rit.*

*Rit. Dei tuoi figli lo stuolo qui prono
o Signor dei potenti, ti adora:
per i miseri implora perdono
per i deboli implora pietà. (2 volte)*

ATTO DI CONSACRAZIONE AL SACRO CUORE

O Gesù dolcissimo, o Redentore del genere umano, riguardate a noi umilmente prostrati dinanzi al vostro altare. Noi siamo vostri e vostri vogliamo essere, e per poter vivere a Voi più strettamente congiunti, ecco che ognuno di noi oggi spontaneamente si consacra al vostro sacratissimo Cuore. Molti, purtroppo, non Vi conobbero mai: molti, disprezzando i Vostri comandamenti, Vi ripudiarono. O benignissimo Gesù, abbiate misericordia e degli uni e degli altri, e tutti quanti attirate al vostro Cuore santissimo. O Signore, siate il Re non solo dei fedeli che non si allontanarono mai da Voi, ma anche di quei figli prodighi che Vi abbandonarono: fate che questi quanto prima ritornino alla casa paterna, per non morire di miseria e di fame. Siate il Re di coloro che vivono nell'inganno dell'errore o per discordia da Voi separati; richiamateli al porto della verità e all'unità di fede, affinché in breve si faccia un solo ovile sotto un solo Pastore. Siate il Re di tutti quelli che sono ancora avvolti nelle tenebre della idolatria o dell'islamismo: e non ricusate di trarli tutti al lume e al regno Vostro. Riguardate, finalmente con occhio di misericordia i figli di quel popolo, che fu un giorno il prediletto: scenda anche sopra di loro, lavacro di redenzione e di vita, il sangue già sopra di essi invocato. Largite, o Signore, incolumità e libertà sicura alla Vostra Chiesa; largite a tutti i popoli la tranquillità dell'ordine: fate che da un capo all'altro della terra risuoni questa unica voce: "Sia lode a quel Cuore divino da cui venne la nostra salute: a lui si canti gloria e onore nei secoli. Così sia".

BENEDIZIONE EUCHARISTICA

(Tantum ergo Imperiale di Haydn)

Tantum ergo Sacramentum	Genitori, Genitoque
Veneremur cernui:	Laus et iubilatio,
Et antiquum documentum	Salus, honor, virtus quoque
Novo cedat ritui:	Sit et benedictio:
Praestet fides supplementum	Procedenti ab utroque
Sensuum defectui.	Compar sit laudatio. Amen.

V. Panem de coelo prestiti eis. Alleluia.

R. Omne delectamentum in se habentem. Alleluia.

V. Oremus.

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R. Amen.

+++ BENEDIZIONE +++

Benedictus Deus.

Benedictum Nomen Sanctum eius.

Benedictus Iesus Christus, verus Deus et verus homo.

Benedictum Nomen Iesu.

Benedictum Cor eius sacratissimum.

Benedictus Sanguis eius pretiosissimus.

Benedictus Iesus in sanctissimo altaris Sacramento.

Benedictus Sanctus Spiritus, Paraclitus.

Benedicta excelsa Mater Dei, Maria sanctissima.

Benedicta sancta eius et immaculata Conceptio.

Benedicta eius gloriosa Assumptio.

Benedictum nomen Mariae, Virginis et Matris.

Benedictus sanctus Ioseph, eius castissimus Sponsus.

Benedictus Deus in Angelis suis, et in Sanctis suis.

V. Cor Jesu Sacratissimum

Miserere nobis (x3)

V. Cor Mariae Immaculatum

Ora pro nobis

V. Sancte Ioseph protector noster

Ora pro nobis

CANTO FINALE

O Cuor dell'Unigenito
tempio di Dio Altissimo
o Cuore mite, umile,
abbi pietà degli uomini.

Dalla ferita sgorgano
acque per noi salvifiche:
dissetano le anime,
perdono e vita portano.

AD OFFICIUM LECTIIONIS

Sacris solemniiis juncta sint gaudia,
Et ex præcordiis sonent præconia;
Recedant vetera, nova sint omnia,
Corda, voces, et opera.

Noctis recolitur cœna novissima,
Qua Christus creditur agnum et azyma
Dedisse fratribus, juxta legitima
Priscis indulta patribus.

Post agnum typicum, expletis epulis,
Corpus Dominicum datum discipulis,
Sic totum omnibus, quod totum singulis,
Ejus fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum,
Dedit et tristibus sanguinis poculum,
Dicens: accipite quod trado vasculum;
Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,
Cujus officium committi voluit
Solis presbyteris, quibus sic congruit,
Ut sumant, et dent ceteris.

Panis angelicus fit panis hominum;
Dat panis cœlicus figuris terminum;
O res mirabilis: manducat Dominum
Pauper, servus et humilis.

Te, trina Deitas unaque, poscimus:
Sic nos tu visita, sicut te colimus;
Per tuas semitas duc nos quo tendimus,

AD LAUDES MATUTINAS

Verbum supernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram,
Ad opus suum exiens,
Venit ad vitæ vesperam.

In mortem a discipulo
Suis tradendus æmulis,
Prius in vitæ ferculo
Se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie
Carnem dedit et sanguinem;
Ut duplicis substantiæ
Totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium,
Convalescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

O salutaris hostia,
Quæ cœli pandis ostium,
Bella premunt hostilia;
Da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit sempiterna gloria:
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. Amen.

Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

RESPONSORIO

Homo quidam fecit coenam magnam
et misit servum suum hora coenae dicere invitatis
ut venirent, quia parata sunt omnia.
Venite, comedite panem meum
et bibite vinum quod miscui vobis.

INNO PONTIFICIO

Noi vogliam Dio, Vergin Maria,
benigna ascolta il nostro dir;
Noi t'invochiamo, o Madre pia;
dei figli tuoi compi il desir. *Rit.*

*Rit. Deh! benedici o Madre, al grido
della fé, Noi vogliam Dio ch'è nostro
Padre, noi vogliam Dio ch'è nostro Re.
Noi vogliam Dio ch'è nostro Padre,
noi vogliam Dio ch'è nostro Re.*

Noi vogliam Dio nella famiglie,
dei nostri cari in mezzo al cuor;
sian forti i figli, caste le figlie:
tutti l'infiammi di Dio l'amor. *Rit.*

Noi vogliam Dio in ogni scuola,
perché la nostra gioventù
la legge apprenda e la parola
della sapienza del buon Gesù. *Rit.*

Noi vogliam Dio nell'officina
perché sia santo anche il lavor;
a Lui dal campo la fronte china
alzi fidente l'agricoltor. *Rit.*

Noi vogliam Dio nella coscienza
di chi lo Stato governerà!
Così la patria riavrà potenza
e a nuova vita risorgerà. *Rit.*

Noi vogliam Dio, dell'alma è il grido,
che a piè leviamo del santo altar.
Grido d'amore ardente e fido,
per tua man possa al ciel volar. *Rit.*

Noi vogliam Dio, l'inique genti
contro di lui si sollevar
e negli eccessi loro furenti
osaron stolti Iddio sfidar. *Rit.*

Noi vogliam Dio, Dio nella scuola,
vogliam che in essa la gioventù
studi la santa di lui la Parola,
miri l'immagine del buon Gesù. *Rit.*

Noi vogliam Dio, nel giudicare
a Dio s'ispiri il tribunal.
Dio nelle nozze innanzi all'altare,
Dio del morente al capezzal. *Rit.*

Noi vogliam Dio, perché al soldato
coraggio infonda nel guerreggiar,
sì che a difesa del suol amato
la Patria sappia da eroe pagnar. *Rit.*

Noi vogliam Dio, quest'almo grido
echeggi ovunque in terra e in mar,
suoni solenne in ogni lido,
dove s'innalza di Dio l'altar. *Rit.*

Noi vogliam Dio, le inique genti
rigettan stolte il suo regnar,
ma noi un patto stringiam fidenti,
né sia chi osi più Iddio sfidar. *Rit.*

